



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VIII. De Phrasi, Vidi Dominum facie ad faciem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

1. Corinth., 10. Paulus inquit, Fidelis Deus, qui non
sunt nos tentari supra uires, sed dat cum temptatione
exitum, ut sufferre possumus. Ut igitur Iacob in dif-
ficillima lucta non solum laxamenti aliquid, sed eti-
am amplissimam benedictionem accipit, sic omnes
pij non solum robore à Deo confirmantur, quo per-
ferre impositas tentationes posseint, sed etiam exitus
faustos ac salutares consequuntur.

Sequitur post nubila Phœbus,
In exitu uidebitur cuius toni.

VIII.

DE PHRASI, VIDI DO-

minum facie ad faciem.

Phrasis, qua Iacob in hoc loco utitur, Vidi Do-
minus à facie ad faciem, & salua facta est anima
mea, simplicissimè enarretur de filio Dei, qui sem-
per adfuit Ecclesiæ suæ, & se in ea specie seu forma
naturæ humanae patrib. conspicient præbuit, quam
paulo post ex uirgine Maria adsumpturus erat. Ut
igitur Petrus, Iohannes, Iacobus & Cæteri Apostoli
Christum Dominum facie ad faciem longo tempore
uiderunt, Sic primi patres, & in hoc Capite Iacob
cernens filium Dei in similitudine seu Idea naturæ
humanae, quam postea sibi unione personali copula-
turus erat, exclamat se Dominum facie ad faciem
uidisse. Vnde & loco nomen indidit **בָנֵרֶאֵל** Id est,
facies Dei.

ISRAEL

ISRAEL יִשְׂרָאֵל Id est, princeps seu viān
Dei, i.e. שֶׁרַח אֱלֹהִים. Ut autem Iacob in lucta cum
filio Dei uictor euadit, ita omnes pij per fidem
tentes promissionibus Christi fiunt Israēles, uincen-
t iram Dei & Deum sibi uelut patrem benevolu-
conciliant.

C A P V T XXXIII.

L O C I . Q V A T V O R .

I. *De Reconciliatione dissidentium
et artificio tuendae concordia &
placandi animos offensos.*

Vt enim Iacob fratrem Esau iratum, humili-
iectione & deprecatione sua & preteritarum of-
fensionum obliuione placat, & in gratiam eius re-
dit: ita in omni uita ad tuendam concordiam & re-
conciliandos dissidentium animos, hę quatuor no-
tutes in primis necessarie sunt.

I. Humilitas subiiciens se alijs & non arrogans
de se sentiens, nec superbe despiciens alios.

II. Mansuetudo moderans iracundiam & ini-
dictae cupiditatem.

III. Patientia tolerans aliorum infirmitates,
morositatem, suspicacitatem, ambitionem, linorm
ειλονεκίαρ, κενοδοξίαρ.